



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118456**

§. 120. Quinque Cardinales relicto Papa Mediolanum profugi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](#)

Sæcul. XVI. premium exercitus DuceM, necnon Joan.  
A.C. 1510. nem Trivultium, omnesque ceteros belli  
Præfectos, qui sub signis ac Franciæ sti-  
pendiis arma Italæ intulerant, compre-  
hensis etiam Episcopis, atque Ecclesi-  
sticis, qui Cleri Gallicani conventibus, at-  
que Synodo ibidem celebrandæ interesse  
præsumerent.

## §. CXX.

*Quinque Cardinales relatio Papa Me-  
diolanum profugi.*

**H**æc Gallorum consilia adversus Pon-  
tificem agitata illius animum eō ma-  
jori sollicitudine oppresserant, quo cer-  
tius edoceretur, quod Purpurati quoque  
cum Gallis adversus illum conspirarent,  
atque eorum quinque, dum Papam Ro-  
ma Bononiæ comitarentur, ab eo de-  
fecissent, ac Mediolanum se se recepi-  
sent, eoquod aperte summo Pontifici ad-  
*Marian. l. c. versari, firmo statuissent animo: Hi ve-*  
*num. 4.*  
*Raynald.*  
*hos ann. n. 19*  
**nus Carvajalus; Franciscus Borgia Co-**  
**sentiae Archiepiscopus; Renatus de Prie**  
**Bajocensis Episcopus, Fridericus Sanse-**  
**verinas, & Guilielmus Briffonetus Ma-**  
**cloviensis Antistes, qui regnante Carolo**  
**VIII. plurimum auctoritate valebat.**  
**His Pontifex ad Lauretanam Domum di-**  
**vertendi copiam fecerat, ea tamen le-**  
**ge,**

ge, ut præstituta die Bononiam, ubi Pa- Sæcul. XVI.  
pa esset, reverterentur, illi vero hujus ab- A.C. 1510.  
sentiæ opportunitate usi, sibi securitatis  
literas a Florentinis procurarunt, ut, quam-  
diu ipsis liberet, Florentiæ commorari  
possent; postea tamen securitati suæ ma-  
gis consulturi paulopost Mediolanum  
concesserunt, insuper habitis tam promis-  
sis, minis, auroque, quam beneficiorum  
pollicitationibus, aliisque variis mediis,  
quæ summus Pontifex, ut eos ad suum  
obsequium reduceret, frustra adhibebat.

### §. CXXI.

*Ciamontius Bentivoliorum suasu Bo-  
noniam, Papamque capere  
tentat.*

**A**ffidua erat adversus Julium Bentivo- Marian. ib.  
liorum indignatio, qui se Bononia a Paris de  
liquot ante annos depulsos dolentes, Graffis t. 3.  
nonnisi vindictam meditabantur, tandem- p. 597.  
que opportunam sibi offerri occasionem Raynald. hot  
existimabant, comperientes, Papam Bo- ann. n. 22. &  
noniae morari. Ergo ne ultionis consi- 23.  
lum successu careret, Ciamontium Ma-  
rescallum adeunt, eidemque se Bonon-  
iam vi invasuros, Papamque Gallis tra-  
dituros pollicentur, simulque rei exequen-  
dæ facilitatem exponunt, dummodo &  
ipse ope sua non deesset, cum vero de  
prospero hoc successu præcipuum ipsi e-

L 5 molu-